

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

De Conversatione Apostolica - A Curatoribus Animarum piè & fructuosè instituenda ; Complectens varios & solidos modos juvandi & consolandi diversorum Statuum Personas afflictas, praecipuè aegras & captivas ...

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1680

§. 3. Quomodo utiliter occupandi sint Captivi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49274](#)

180 *De Captivorum Confortatione Apostolica*
fero, devotissimèque precor, ut easdem in deo
satisfactionem clementer suscipere, & sicut pa-
tur I
Filij tui consortem me esse voluisti, ita & gl
mer quondam consortem efficere digneris. Per eum
men Christum Dominum nostrum, Amen.

O Sanctissima Mater mea MARIA, O S. An-
Custos, O Sancte, cuius nomen indignus gero,
Pauline, & Leonarde Captivorum misericordia
Patroni, O omnes Sancti, quotquot olim cu-
propter DEUM extitistis, ceterique Patroni in-
tercedite, quæso, pro me, gratiamque à DEO in-
trate, ut juxta exemplum vestrum captivitatem
meam, aliásq; tribulationes cum debita patienti-
charitate, quandiu Deo visum fuerit, supporta-
tandæ in æterna gloria vobis associati merear, At
vita

Fidelium animæ per misericordiam DEI ro-
scant in pace, & pro me, aliisque Peccatorib
tercedant.

§. III.

Quomodo utiliter occupandi sint Captivi

I. Cùm sapienter suaserit S. Hieronymus epist. 4. h
Saliquid operis, ut te semper Diabolus inveniat
patum; nec minus veraciter dixerit Cassianus l. 10. institu-
tum; quid patum; nec minus veraciter dixerit Cassianus l. 10. institu-
hanc ab antiquis Ægypti Patribus sanctitatem esse sententiam.
operantem hominem dæmonem uno pulsari, otiosum ve-
innumeris spiritibus impugnari; meritò ex primarijs Op-
rij circa Captivum curis ea etiam esse debet, ut, quantum
personæ, locique circumstantias licuerit, utiliter semper
cupatum teneat, & hac ratione plurimis temptationibus, r
culisque eripiatur. Triplicis autem potissimum generatio-
nationes reperio, quæ ejusmodi Captivis præscribendæ
cas videlicet ipfas, quas olim Angelus S. Antonio erat
studium concipienti ostenderat, dum interdum manu
borare, interdum orare, interdum legere, aut cibum cu-



conspicetus est, quæ ipsæ etiam captivis commendari videntur posse.

II. Primò ergò, si fieri possit, ei laborem manualem commendet, maximè, si artem aliquam nōset, quæ nullo instrumentorum apparatu indigeret, & ex qua lucellum aliquod pro solatio, subsidiōque captare posset. Quòd si verò talem artem non nōrit, possit autem familiam Custodis carceris in rebus ad domesticum obsequium & viētum pertinentibus, salvâ carceris clausurâ, juvare, utiliter omnino ei suadebitur, ut, si quidem personæ dignitas non obsteret, ejusmodi laborem fallendi otij, & charitatis, humilitatisque exercendæ gratia interdum suscipiat. Quia tamen ratiō ejusmodi occasio se apud Captivos offert, ideo

III. Secundò eidem, si legere didicerit, lectionem libri cuiusdam spiritualis suadere poterit, & talis maximè, qui ipsum solatio afficere, atque ad patientiæ, constantiæque imitationem excitare possit. Quales esse exempli gratia possunt Vita Christi ab Adamo Walasser conscripta, Vitæ Sanctorum à Surio & aliis collectæ, Liber Genealogiæ Christi vel B. Virginis (germanicè das Stammenbuch) Ars semper gaudendi ab Alphonso Antonio de Sarasa composita, Heliotropium, Gymnasium patientiæ, Æternitas, cœlum, aut Rogus damnatorum P. Hieremiæ Drexelij, Pædagogus Christianus in secunda præcipue parte, Trostbrunn P. Georgij Vogleri, Hauff Apotek D. Georgij Pistorij, & similes. Ad eundem finem etiam servire possunt libri aliqui varias Sanctorum Martyrum effigies, corūmque Martyria repræsentantes; qualesquidem libros expediret sumptibus Magistratus, vel certè privatarum quarundam personarum eleemosynâ coëmptes in publica custodia asservari, aut saltem ab ipso Operario domi sua in hūc usum paratos haberi, & tantò libentius Captivis commodari, quanto majus illi ex tali lectione solatium, frumentumque sperare merito possunt.

IV. Quia verò multi omnino legere non sciunt, aut certè ob carceris obscuritatem non possunt, ideo tertia, eaque omnibus communis occupatio supereft, ipsa scilicet oratio, quæ tanto efficacius Captivis commendari debet, quanti majorem habent causam, divinam fibi Clementiam propitiandi, auxiliūmque ad fortiter preferendas captivitatis calami-

184 *De Captivorum Confortatione Apostolica*
mitates implorandi. Porro et si non ignorem, variis
& exercitia orandi à variis Authoribus præscribi, univer-
tamen in ijs usurpandis sequentes tres regulas obser-
vemus. 1. Ut certæ aliquæ preces, aliisque pietatis ex-
ad præsentem statum magis accommodata eligantur,
quotidie singulari cum diligentia ac devotione perfol-
tur. 2. Ut illæ preces præ alijs assumantur, & frequen-
tetur, quæ ab Ecclesia approbatæ, atque ab eadem confe-
usurpatæ sunt, quales sunt Oratio Dominica, Salutati-
gelica, Symbolum Apostolorum, aut Nicænum, aut S. I-
nasi, Psalmodia Sacra, Antiphonæ B. Virginis, Canta-
tra, Litanizæ, Corollæ precatoriæ &c. 3. Ut doceantur
ptivi, quâ ratione etiam ipsi mentem per jaculatorias
& suspiria elevare, & tum se adversus diabolicas sugge-
tueri, tum ad exemplum Davidis os suum apertire, spissæ
que solatij & confortationis attrahere possint. In quibus
men omnibus suadendis magnopere cavere debet Opera-
ne discretionis limites transgrediens plus æ quo onere Co-
rum, & fastidium creans efficiat, ut anima ipsius saturata
care incipiat favum suavissimum spiritualium horum
citiorum.

V. Cæterum ut sciat Operarius, quæ præcipue ex-
pietatis suadere debeat, ego sequentia potissimum sus-
censerem. 1. Ut, ubi manè evigilaverit, mox principium
à devota oratione auspicetur, & primarios tres virtutis
Ætus eliciat, gratitudinis scilicet pro nocturna custodia
asque beneficijs: contritionis ob peccata tum illâ nocte
alijs commissa: & intentionis bonæ, quâ opera illius
Deo ac SS. Patronis suis consecrat. Et si verò praxis man-
hujus precationis cuivis sit libera, hæc tamen, quæ sequitur
implicioribus, & in oratione frequentanda minus ex-
tis hominibus accommodatissima, ideoque maxime
mendanda videtur, ut scilicet, ubi è lecto surrexerint, bus flexis Crucem majorem forment, dicantque:

Benedictio DEI omnipotentis, Patris, & Fili-
Spiritus Sancti.

Benedictio Domini mei JESU CHRISTI,
Etissimæ Matris ejus, & S. Josephi.

Benedictio SS. Patronorum meorum, Sanctorum
hujus diei, & omnium Electorum suorum descendat
super me, & maneat semper.

Postea verò, ubi vestes induerit, hæc suspiria subjungat
supra dictos tres actus continentia.

Benedicta sit sacrosancta Trinitas, & omnes Cœ-
lites, quibus summas ago gratias pro omnibus bene-
ficiis hæc nocte, & aliàs exhibitis.

Benedicta sit Sacrosancta Trinitas, & omnes Cœ-
lites, quorum amore doleo ex corde de omnibus
peccatis hac nocte & aliàs commissis, firmissimèque
statuo, deinceps ea diligentissimè cavere.

Benedicta sit Sacrosancta Trinitas, & omnes Cœ-
lites, ad quorum honorem offero omnes cogitatio-
nes, verba, & opera hodie perficienda, ut defunctis
prosint ad requiem, mihi autem & viventibus ad gra-
tiam ac vitam sempiternam, Amen.

Quòd si hæc suspiria (quæ non est necesse formalibus his
verbis concipi) servare vel elicer non possit, saltem ter Pa-
ter & Ave ad eundem finem teceret. 2. His precibus peractis
usiliter valde Litanie Omnia Sanctorum jungerentur, ut
desideratam propitiationis divinæ gratiam multiplicatis Inter-
cessoribus tantò facilius, efficaciusque obtineat. Post
quas Litanias lectio spirituali, vel labori manuali vacare
posset. 3. Et si SS. Missæ sacrificio adesse præsens corpora-
liter non possit; ut tamen eidem spiritualiter intersit, omnino
suadendum est; unde docendus erit, quâ ratione auditio ad
Missam pulsu se gerere, & fructus tam copiosi ipse quoque
participem se facere possit. Quem in finem libelli quidam
precatorijs pro singulis Missæ partibus aptas orationes & affec-
tus suggestentes non parùm servient. 4. Valde etiam con-
sultum est, ut pro felici morte obtainenda singulis horis Salu-
tationem Angelicam recitare ausefcat, quibus non incon-
gruè sequentem aspirationem subjungeret:

M 4

O Do-

O Domine JESU CHRISTE, propitius esto mihi
maximo peccatori, nunc & in hora mortis mea,
da mihi patientiam in tribulacione mea, pro quod
pro omnibus beneficijs hâc horâ & per totam vitam
acceptis gratias tibi, quâm possum, maximas ago.

Aliqui suadent, ut ad refricandam sanctissimæ Passio-
Christi memoriam singulis horis mysteriū illud, quod ei-
rà peractum creditur, inseratur dicendo v. g. horâ quartâ
tutinâ: *Ave MARIA &c. IESVS pro me ter à pro-*
discipulo negatus, in cuius honorem & unionem offi-
digneris omnia opera mea hâc horâ facienda: & tum si
li modo ad alias horas aliud mysterium inserendo v.g. pro
ra quinta JESVS pro nobis apud Pilatum falsò accusatus
sexta ad Herodem missus. Pro septima Barrabæ postpolo
Pro octava pro nobis flagellatus. Pro nona spinis coronatus.
Pro decima ad mortem damnatus. Pro undecima crucem
Julans. Pro duodecima crucifixus. Pro prima te Joannem
Joannem tibi commendans. Pro secunda felle & aceto por-
tus. Pro tertia mortuus. Pro quarta de cruce depositus. In
quinta sepultus. Pro sexta discipulis pedes lavans. Pro se-
ptima Sacrosanctum Corpus & Sanguinem discipulis distin-
gens. Pro octava agoniam passus. Pro nona à Juda traditus.
Pro decima à Judæis captus. Pro undecima à Discipulis
relictus. Pro duodecima ad Annam ductus. Pro prima ap-
Caipham colaphizatus. Pro secunda durissima per nos-
perpeslus. Pro tertia vigilans & orans. Circa quas tamen
ras notant, non esse tam anxiè curandum, ut suo quodq[ue]
sterium tempore recolatur (id enim per noctem moraliter
xi vix posset) sed sufficere, si illâ horâ, quæ auditur, mysterium
illi conveniens recolatur, reliqua autem quæ omissa sunt, si
omittenda prævidentur, simul eâ horâ, quæ proxima est omni-
sis, cum mysterio tunc recolendo recolantur. Hunc, inquit
modum aliqui non modicum solatium Captivis allatum
putant, eò quod nihil adeò durum sit, teste S. Gregorio in Epistola
quod non aquanimiter toleretur, si Christi Passio ad membra
revocetur. Verum tamen quia ob mysteriorum multitudinem
non tam facile ab omnibus capi potest, non nisi cum magis
confide

consideratione proponendus, & ut facilius capiatur, etiam scripto tradendus est. 5. Post meridiem Litanias de SS. Patronis Captivorum non incommodè recitaret, eò quod horum Sanctorum Patrocinium tantò ferventiùs implorandum videatur, quantò illi ex concepta erga captivos misericordia propiore sunt ad illis succurrentum. Sic autem se habent illæ Litaniæ.

KYrie eleison, Christe eleison,

Kyrie eleison,

Christe audi nos, Christe exaudi nos.

Pater de cœlis DEUS. Miserere nobis.

Fili Redemptor Mundi DEUS.

Spiritus Sancte DEUS.

Sancta Trinitas unus DEUS.

JESU pro nobis à Judæis comprehensæ.

Miserere nobis.

JESU vinculis constrictæ.

JESU in carcerem conjectæ.

JESU ad morrem dammate.

JESU ad montem Calvariæ eductæ.

JESU pro nobis crucifice.

S. MARIA Consolatrix Captivorum.

Ora pro nobis.

Omnes SS. Angeli Captivorum Custodes.

Orate pro nobis.

S. Petre è carcere liberate. Ora pro nobis.

S. Paule in carceribus abundantius detente.

S. Pauline.

S. Leonarde.

S. Petre Nolasce.

S. Raymunde Nonnate.

Omnes Sancti, qui unquam in carcere fuistis.

Omnes Sancti ad mortem damnati.

Omnes Sancti Martyrio affecti.

186 *De Captivorum Confortatione Apostolica.*

Propitius esto. Parce nobis, Domine.

Propitius esto. Exaudi nos Domine.

Ab omni pusillanimitate. Libera nos Domine.

Ab omni impatientia.

Ab omni tristitia.

A morte perpetua.

Per captivitatem tuam.

Per accusationem tuam.

Per flagellationem tuam.

Per coronationem tuam.

Per damnationem tuam.

Per crucem & passionem tuam.

Per ignominiam mortem tuam.

Per SS. Vulnera tua.

Peccatores. Te rogamus, audi nos.

Vt nobis parcas.

Vt ad veram pœnitentiam nos perducere dignes.

Vt veram omnibus Captivis patientiam largiri
neris.

Vt omnes Captivos consolari & confortare dignes.

Vt omnes Captivos in libertatem afferere dignes.

Vt omnes Captivos à mortis sententia liberare
neris.

Vt omnes animas Defunctorum è Purgatorij ca
re educere digneris.

Vt nos exaudire digneris.

Agnus DEI, qui tollis Parce nobis,
peccata mundi. Exaudi nos, Domine.
 Miserere nobis.

¶. Orate pro nobis Sancti Patroni.

¶. Ut digni efficiamur promissionibus Christi
Oremus.

Omnipotens semperne DEUS, qui sanctos

tronos nostros mirabili in Captivos charitate ac misericordia decorasti; te supplices exoramus, ut eorum meritis & precibus a vinculis & captitiate nostra liberati, liberis tibi mentibus servire valeamus. Per Christum Dominum, Amen.

6. Etiam Psalmi Poenitentiales ut quotidie a Captivis recitentur, summopere suadendum est, S. Augustini exemplo, qui sub extremi morbi tempus, quando in lecto suo captivus quasi tenebatur, eosdem grandioribus literis descriptos ad leti parietes affigi jusserat, ut eorum quotidiana recitatione tanto facilius divinam Justitiam filii conciliaret, atque ad beatam mortem disponeret. 7. Corona quoque B. Virginis tanto religiosius & ferventius quotidie percurrenda est, quanto majorem ex hac recitatione consolationem, opemque sperare potest. 8. Antequam somnum capere velit, ejusdem Sanctissimae Virginis Litanias Lauretanis pro felici morte a fidelibus dici solitas & ipse devotè reciteret, eique consuetam conscientia suæ discussionem subjugens, consuetis precibus sese ad somnum capendum accingat.

VI. Atque haec videlicet preces ordinariè recitandæ videntur; quibus tamen non obstantibus, poterunt Captivis alii adhuc libelli precatorij (quales præcipue esse possunt de Tresibrum P. Vogleri, Paradisu animæ, Liber precatorius S. Gertrudis, Thesaurus Precum) offerri, ex quibus pro libitu suo varias preces feligere, & pro solatio suo recitare queant.

VII. Quod si vero Captivus legere non posset, tum suadendum illi erit, ut rosatij recitatione crebriore defectum hunc suppleat, cumque in finem integrum quotidie Psalterium in tres partes distinctum tribus diversis temporibus devotè recitet. Sed & alium Dominicæ Orationis & Salutationis Angelicæ numerū ad honorem SS. Vulnerum, SS. Patronorum, quatuordecim Auxiliatorum (nempe SS. Georgij, Viti, Blasij, Dionysij, Erasmi, Panthaleonis, Cyriaci, Christophori, Achatij, Eustachij, Ægidij, Catharinæ, Margarethæ, Barbaræ, quos proinde post nomen MARIAE in salutatione Angelica nominare potest) aut septem Asylorum, quæ sunt SS. Trinitas, Christus in SS. Euchristia existens, Christus in cruce passus, beatissima Virgo, omnes Angelici Spiritus, omnes reliqui San-

188 *De Captivorum Confortatione Apostolica.*
Et, Animæ in Purgatorio detentæ (nam & hæ probabili
pro nobis orant) aut alios similes ob fines pro sua devotione
percurrendum sibi feligere poterit.

VIII. Denique pro jaculatoris tesseris & suspirijs, quin
interdum seipsum excitet, mentemque ad Deum elevet,
quentes ei versiculi servire possunt.

Pater mi, si possibile est, translat Calix iste à me
verumtamen non mea, sed tua voluntas fiat.

Ego quidem justè hæc patior, Dominus autem
quid fecit.

Domine, ne memineris iniquitatum mearum
tiquarum, sed citò anticipent me misericordia tua.

Adjuva nos DEUS salutaris noster, & propter gloriam
nominis tui libera nos, & propitius esto peccato
tis nostris propter nomen tuum.

Miserere mei DEVS secundum magnam miseri
cordiam tuam.

Fiat misericordia tua super nos, quemadmodum
speravimus in te.

Tribulatio & angustia invenerunt me, mandata
tua meditatio mea est.

Sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen
Domini benedictum.

Absit mihi gloria, nisi in cruce Domini mei
SUI CHRISTI.

Domine, in flagella tua paratus sum, & dolor meo
in conspectu tuo semper.

Mihi autem adhærere DEO bonum est, & ponens
in Domino DEO spem ineam.

Bonus Dominus, & confortans in die tribulatio
nis, & sciens sperantes in se.

Sub tuum præsidium configimus, Sancta DEI Ge
nitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitate.

tatibus nostris, sed à periculis cunctis libera nos semper Virgo gloriofa & benedicta.

Miseremini mei, miseremini mei saltem vos Patroni mei, quia manus Domini tetigit me.

O S. Angele Custos, defende me tuo Patrocinio, ne succumbam in rigoroso judicio.

§. IV.

Quomodo contra tentationes muniendi
sint Captivi.

Duplicis generis tentationes occurrere possunt Captivis, quarum priores sunt ipsis cum ægris & aliis afflictis communes (quales sunt tentationes contra fidem, dissidentiae & desperationis, timoris vitæ amittendæ, aut possessorum bonorum, sollicitudinis de Uxore & Liberis, impatiencie, & metus Purgatorij, de quibus sequenti in capite fuisus agetur) posteriores solis ipsis Captivis propriæ sunt, de quibus hoc loco breviter ostendetur, quæ ratione Operarius eisdem adversus ejusmodi tentationes munire debeat.

II. Prima itaque tentatio ex solitudinis & inclusionis molestia oritur, quæ ijs præcipue gravis admodum accidit, qui majori prius libertate, licentiaque sunt usi. Contra quam sic muniatur. 1. Revocet illis in memoriam commune illud proverbium, quo dici solet: *Anima magis est, ubi amat, quam ubi animat*: hortetur proinde, ut in Paradisum cœlestem mente se conferant, & sic carceris molestias non sentiant, protul olim SS. Martyres fecerant, de quibus dicebatur: *Crus in nervo, animus in calo*. 2. Horetur, ut in invocatione Sanctorum per varias preces, & lectione librorum spiritualium se instanter exerceant, sic enim fore, ut cum veritate dicere possint: Nunquam minus solus fui, quam cum solus fui. 3. Considerate eos jubeat, quam multi Sancti, se ultiro in angustias cellulas propter DEUM, & animæ salutem incluserint, totamque propemodum vitam ibidem transegerint. Quot etiam hodie noblissimæ, ditissimæ, & tenerimæ Virgines se ultiro in perpetua claustra includi sinant, & pro summo DEI favore ac beneficio agnoscant. Dicat proin ad Captivos: Puerunt isti, & istæ, & vos non poteritis? 4. Ostendat illis,

quam